

Das Original, das früher im Stiftsarchiv zu Merseburg sich befand, ist seit längerer Zeit dort abhanden gekommen. Da aber Strauss unzweifelhaft zum öfteren unrichtig gelesen, eine zweite gleichfalls die Restitution des Hochstifts betreffende Urkunde vom 6. März 1004, die in ihrer grösseren Hälfte mit der vom 5. März übereinstimmt, dort jedoch noch vorhanden (vgl. v. Posern-Klett Sachsens Münzen im Mittelalter I. S. 366), ist in den durch Angabe der bisherigen Lesart bezeichneten Stellen der Text hiernach corrigirt worden.

No. 18. 1006. 1. Jan.

K. Heinrich II. schenkt der Stiftskirche zu Meissen drei Castelle im Gau Milzane.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Si ecclesias dei alicuius doni incremento meliorare studuerimus, hoc nobis profuturum esse minime dubitamus. Quapropter omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter nos pro interventu Chunigundae reginae coniugis videlicet nostrae ac animae nostrae remedio tria nostri iuris castella cum omnibus eorum pertinentiis, cum exitibus et redditibus, silvis, aquis aquarumve decursibus, molen-
dinis, piscationibus cunctisque utilitatibus, adiacentia in pago Milzani in comitatu Herimanni comitis quorum nomina haec sunt Ostrusna Trebista G. . . bi^a) Chounim b)
Misnensi) ecclesiae in honore sancti Johannis evangelistae^c) dedicatae, cui nunc venerabilis episcopus Heico praeesse videtur, hac praeceptali pagina donando confirmamus omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostrae donationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat tempore, hanc paginam inde conscriptam prout iuste ac legaliter possumus manu propria corroborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (L. M.) regis invictissimi. (L. S.)

Eberhardus cancellarius vice Uuilligisi archicapellani recognovit.

Anno dominicae incarnationis millesimo VI. indictione III. anno vero domini Heinrici secundi regnantis^c) V. Data Kal. Jan. Actum Pholida feliciter amen.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem aufgedrückten am Rande z. Thl. beschädigten Siegel.

Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 6.

a) Die durch die Schadhafteitigkeit des Pergaments entstandene Lücke ist aus der alten äusseren Aufschrift zu ergänzen: osdrusinna. tribesch. Godouui. — Ostr. jetzt Ostro bei Kamenz (?); Tr. Drebnitz (Gross- u. Kleindrebnitz) bei Bischofswerda; God. Gōda
b) So im Original; Köhlers Angabe ist unrichtig. c) Der unaufmerksame Schreiber schrieb *ewanstelistae* — *regantis*.

No. 19. 1013. 19. Juli.

K. Heinrich II. eignet dem durch feindliche Verwüstungen in seinen Einnahmen sehr geschädigten Stift sechs Ortschaften in den Gauen Dalaminci, Gudici und Niseni.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Nos qui divinae pietatis concessu in solio regni sedemus, quamvis totius rei publicae cura ad nos disponenda respiciat, in hoc tamen specialiter laborare debemus, ut loca ecclesiasticis obsequiis deputata ab omni inquietudine seorsum in proprio statu permaneant et per nostrae administrationis sublementum nova aedificentur, ac vetera